

ptica ab una & proxima interfectione ecliptica & æquinoctialis. Exemplo res tibi fiet as-
 pertior & dilucidior. Sit pposita tibi declinatio gradus, in quo \odot fuit ea hora qua introni-
 zatus est Reue. pater, Episcopus Augustensis, sicut in priori ppositiõe cõmemorauimus,
 gradus autẽ \odot nõ constet, sed hoc tm̄, q̄ declinatio sit 20. graduũ, 42. mi. Iam ad inuenien-
 dum graduũ \odot eo ipso die & hora intronizatiõis, multiplica sinũ huius declinatiõis 35347.
 cum toto sinu, & puenient 3534700000. id ipsum si diuidas in sinũ maxime declinationis
 39874, emanabunt in quotiente 88647. eius sinus arcus 62. gra. 26. mi. distantia illa iusta
 est quã quærebas. Et quia intronizatio huiusmodi facta est in Maio, distantia hæc à prin-
 cipio γ numerari debet, & cadet super 2. gra. 26. mi. Π , atq; hoc erat quod intendebatur.

PRONVNCIATVM VII.

Cuiuslibet arcus eclipticae, qui principium suum ab æquinoctiali
 & interfectiõe cum ecliptica capit, ascensionẽ in sphæra recta addiscere.

Per hæc ascensionẽ rectam intelligi debet arcus æquinoctialis interceptus inter
 eclipticã & æquinoctialis interfectionẽ simul atq; circulũ illum maiorẽ, qui à polo
 di per punctũ istum eclipticã ppositũ (cuius ascensionẽ scire desideras) usq; ad æquino-
 ctialem ad angulos rectos sphærales est ductus. Et quũ zodiacus in 4. quadrantes per
 signa cardinalia γ ω α & ρ , per quæ etiam circuli maiores 4. ex polis mundi pro-
 sunt, diuidat. æquinoctialis etiam in 4. quadrantes, partiendus est, nõ quidẽ per signa, sed
 prima quarta à principio æquinoctialis usq; in 90. gradus, respondet primo gradui
 pra horisontẽ sphærae rectæ, & 180. gradus æquinoctialis, hoc est media pars æquino-
 ctialis respondet etiam mediæ eclipticæ, primus enim gradus α (quæ interfectio est æquino-
 ctialis cum ecliptica) est gradus 180. à primo gradu γ . Et quia utrũq; principiũ æquino-
 ctialis & eclipticæ apud primum minutum γ initiũ habet, etiam inde numerari debent
 quartæ & mediæ partes circuloꝝ. Quumq; constet 4. quartas æquinoctialis cũ 4. quartis
 eclipticæ, singulas cum adiacentibus sibi, æqualiter ascendere in sphæra recta, & tm̄ inter
 principiũ & finẽ cuiuslibet quartæ nullus alioquin gradus, neq; punctũ æquali numero
 cum adiacente quarta in ascensione conuenit, necessariũ est conscensionẽ istã per supputa-
 tionem sphæricã internoscere, idq; per hanc regulã. Si arcus eclipticæ minor fuerit q̄ 90.
 erit ille planẽ accõmodus inueniendæ huic ascensionĩ, atq; is primus modus esto. Sin autẽ
 maior fuerit q̄ 90. subtrahito eum ab 180. ipso nimis semicirculo, & quicqd reliquũ
 ferit, id aptũ erit cognoscendæ ascensionĩ rectæ, & hæc altera sit ratio inueniendæ ascen-
 nis. Sicut autẽ ex mediã parte eclipticæ duos modos ostendimus, ita reliquã partẽ
 principio α usq; ad finẽ piscium identidẽ diuides in duas uias seu rationes inueniẽ
 sionem. Qd si numerũ conuenientẽ ex primo modo iam inuentum habes, hoc est
 eclipticæ minor fuerit q̄ 90. tunc subtrahe eum à 90. residuũ uocabit cõplementũ
 tunc etiã cõplementũ assume declinationis, ultimĩ puncti ppositi arcus eclipticæ, & sinũ
 minimi cõplementi duc in totum sinũ, pductũ diuide in sinum cõplementi maioris, hinc
 subtracto arcu quotientis à 90. manebit ascensio recta arcus ppositi. Qd si autẽ numerũ
 conuenientẽ altero modo inuenisti, iam nõ opus habebis ultima subtractione à 90. sed tũc
 addes insup gradus 90. & sic quoq; habebis arcum æquinoctialis cum pposito arcu coa-
 scendentẽ in sphæra recta. Ceterũ si tibi pponas arcũ zodiaci à principio α cõpurando
 usq; ad finem χ , ubicunq; ille desierit inter hoc spaciũ, ascensionẽ eius quære eo planẽ mo-
 do quo iam edoctus es, nisi q̄ ad extremũ addes gradus 180. Primus em̄ gradus α habet
 gradus 180. æquinoctialis in sua ascensione, sicut antea docuimus. Iam uero exemplis
 rem demonstramus ad oculũ. Adsumo ecce 2. gra. 62. mi. Π , in quo \odot fuit tempore & hora
 intronizationis, nunc si numerauero arcũ à principio γ , inueniã utiq; 62. gra. 26. mi.
 cõplementũ eius est 27. gra. 34. mi. sinus autẽ cõplementi 46278. declinationem puncti
 terminantis arcum iam inueni ppositione 5. gra. 20. mi. 42. cõplementũ declinatiõis
 est 69. gra. 18. mi. sinus uero complementi istius 93544. Iam itaq; duc sinum minorem
 46278. in totum sinũ, & productũ diuido in sinũ maiorẽ, scilicet 93544. atq; in quotiente
 pueniẽt 49471. arcus erit 29. gra. 39. mi. eũ si subtraxero à 90. remanebit ascensio recta
 sita 60. gra. 29. minut.

Pronunci